



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

151 Duorum Pastorum in diuersis diœcesibus sitorum permutatio non  
sine perplexitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

tum temporis Episcopo Leodiensi quoque suberat; quamobrem non ex interuallo alter post alterum resignare debuisset sed pariter & unico actu. Verum quando beneficia permutantium sunt in diuersis diœcesibus (vti nostris temporibus diuersa fuit erecta diœcesis Namurcensis à Leodiensi) quæritur à Doctoribus nostris an ex interuallo fieri possit hinc inde resignatio? nam cum solius illius Episcopi sit vel approbare vel improbare beneficiorum permutationes in cuius diœcesi beneficia sunt sita, necessarium fuerit in quæstione proposita plurium Episcoporum impetrare consensum. Ac multa quidem ostendit incommoda Ioannes Andrea ad capit. vnic. de permutat. lib. 6. quæ ex huiusmodi temporis interuallo sequi possent; qualium incommodorum insigne videmus exemplum hoc ipso cap. inter Gerardum & Laurentium quorum hic illum callidè induxit ad prius resignandum, ac postea in vicissim dando metuit simoniam sed in accipiendo non metuit. Cæterum quia difficillimum foret, vno & eodem temporis momento partim id est vno loco per sese partim id est alio loco per Procuratorem diuersos Episcopos adire, incunctanter in hanc ab omnibus itum est sententiam vt ex interuallo rectè fiat hinc inde resignatio. qua de re breuiter post alios antiquiores Rebuffus. d. tit. de permutatione. nu. 36. & seq. Quid ergo si duo Pastores diuersarum diœcesium permutent inter se suos pastoratus? nunquid is cui prius facta fuit Pasto-

150  
An ex inter-  
uallo rectè  
fiat permis-  
sationis im-  
pletio.

151  
Duorum Pa-  
storatum in  
diuersis diœ-  
cesibus sito-  
rum permis-  
satio nõ sine  
perplexitate.

*Comment. in c. cum vniuersorum. de rer. perm. 91*  
ratus alieni resignatio moxque collatio, confe-  
stim excidet pastore proprio propter capit.  
de multa s. de præbend. & per consequens ni-  
hil habebit quod alteri vicissim resignet? quid  
enim vel quis impediet huius pastoratus iam  
vacantis impetrationem? Respondent vnani-  
miter omnes nostri, d. cap. de multa. s. de præ-  
bend. in quaestione proposita cessare, propter  
ea quod acceptatio beneficii cuiuslibet ex cau-  
sa permutationis non faciat quemquam pos-  
sessorem pacificum neque certum de retinendo,  
nisi compermutans vicissim cōsequatur atque  
pacificè retinere possit sui compermutatis be-  
neficiū; quod nisi fiat, liberum est ad pro-  
prium beneficium redire sicuti Pontifex hoc  
loco docet atque paulò post plenius ostende-  
tur; ideoque nulla prorsus ratio permittit vt  
per acceptationem talem pastoratus postero-  
ris & alieni, mox vacet ac amittatur pastoratus  
prior & proprius. nam & alter Episcopus per-  
mutationem fortè nolet admittere, quo casu  
permutatio prorsus erit nulla suumque pro-  
prium retinebit vterque permutans pastora-  
tum. Pleniorem hac de re disputationem vide-  
tum apud Collectarium in cap. vlt. hoc nostro  
tit. nu. 17. & seqq. & apud Senensem d. tracta-  
tu de permutat. quaest. ii. ne cæteros nūc otio-  
sè memoremus. Neque mirū videri cuiquam  
debet per interualla permutationem impleri  
posse, cum in rebus aliis extra beneficia per-  
mutandis etiam res illæ quæ nondum sunt in  
rerum natura sed quæ speratur futuræ putentur  
in per-

152  
Res nondum  
natas & in-  
certas in per-  
mutationem  
rectè venire  
ex Navarra  
sententia.